

& oleum incōbustibile, laudaret Deum. Auicenna ait:
Si vis ditari, præpara sales, donec sint aqua pura: quoniam sales conuertuntur in spiritum igne. Sales sunt radices tui operis. Hermes: Omnia salia cuiuscunq; generis arti nostræ sunt contraria, dempto sale nostræ lunariæ. Arnoldus: Ratio autem quod non sit in salibus seu aluminibus est: quia factus est, qui quærerit à natura quod in ea non est. Philosophus: Sal metallorum dat soluere Mercurium in aqua pura sub fimo. Et illud mixtum coagulatum erit perfecta medicina.

Nota, omne sal bene præparatuin. redit ad naturam salis armoniaci, & totum secretum est in sale communi præparato. Nota Vitriolum Romanū habet naturam lapidis metallorum, & est calidum & siccum. Item: Alumen videtur esse Mercurius coagulatus, sed deficit à suo complemento, calidum & humidum: & dicitur compatvnius: id est, Mercurius. Qui ergo scit salem & eius solutionem, ille scit secretum occultum antiquorum sapientum. Pone ergo mentem tuam super salem, nec cogites de alijs. Nam in ipsa sola occultatur scientia & arcanum præcipuum, & secretissimum omnium antiquorum Philosophorum.

CONIVNC TIO SIVE

Coitus.

O Eina direh mein vngaben/ vnd siisse mynnie/
 Wirstu schön/ stark/ vnd gewaltig als ich byn.
 O Sol/ du bist über alle leicht zu erkennen/
 So bedarffstu doch mein als der han der hennien.

Arisleus in visione.

Coniunge ergo filium tuum Gabricum dilectiorem tibi in omnibus filiis tuis cum sua sorore Beya, quæ est puella fulgida, suavis & tenera. Gabricus est masculus, & Beya fœmina, quæ ipsi dat omne quod ex ipsa est.

O natura benedicta, & benedicta est tua operatio, quia de imperfecto facis perfectum. Idcirco non assumas ipsam naturam nisi puram, mundam, crudam, amoenam, terream & rectam. Si verò secus feceris, non